

inexplebilis exemplo , qua mortalium animi adeo transversi aguntur , ut communis fortis oblii , veluti æternum victuiri , dominandi libidini divina , atque humana cuncta subjiciant .

Dum variis hisce curis Principum animi distinentur , Senatus , quod superiori anno negotium cœperat , temporumque conditione intermissum fuerat , de majoribus nempe sacerdotiis eligendis , denuo suscepit ; cum nimis grave videretur , ea se auctoritate exui , qua urbium antistites designare , ac Summis Pontificibus confirmandos exhibere majores consueverant ; quod priscum Reipublicæ institutum præteriorum bellorum variis casus interverterant . Quapropter a Clémente Senatus enixe petebat , ne antiqua jura Reipublicæ de Apostolica Sede optime meritæ adimeret ; idque vel priscis illius , vel recentibus meritis tribueret , quod pro Italiam dignitate , & libertate retinenda tot , tantisque curis , ac periculis obstinate adeo laboraverat . Clementis vero hac in re durus nimium , atque difficilis animus plerosque Senatores sic affecerat , ut quos ille antistites delegisset , eos in sacerdotiorum possessionem nullo pacto mitti vellent . Atque inter ceteros , Christophoro Marcello , Corcyrae Archiepiscopo , vita functo , in ejus locum Jacobo Cauco suffecto , cum ab eo possessio peteretur , atque Senatus consultum ea de re ab universo Collegio latum fuisse , rejectum fuerat ; neque alii , quam Hieronymo Barbadi-  
co , quem Senatus delegerat , sacerdotium id concessuri Senatores videbantur . Qua re commotus Pontifex , indigne ferebat , a se delectos antistites repulsam a Senatu pati ; jura Ecclesiæ nunquam lædi , vel imminui passurum se affirmans , præteriorum offenditionum memoriam saepè revocans , & crebris sermonibus usurpans : quo fiebat , ut in diversas sententias Senatores distraherentur . Nonnulli insistendum , & constantem Reipublicæ causam defendendam esse contendebant ; si nullo modo fleti se posse Senatus ostenderet , æquis Clementem illius postulatis assensurum ; si dissidentes Senatorum sententias persentiret , si nutare , ac labare mentes animadverteret , cui dubium , quin nihil impetrari a Pontifice posset à unanimi Senatus consensu Clementis obstinatam mentem frangi posse ; nulla re magis eversas Reipublicæ res pristinæ dignitati , ac

*Veneti de  
Antistiti-  
bus designa-  
dis negotiis  
denuo susci-  
piunt.*

*Jacobo  
Cauco Cor-  
cyra episco-  
patus posse-  
sio a Senatu  
pertingat.*